Quelle: http://manuscripta.at/?ID=445
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



77

ysaias

memento ꝯso quomodo ambulauerim
coram te in veritate et in corde perfecto
et quod bonum est in oculis tuis fecerim.
Et flevit ezechias flevit magno.
Et factum est verbum domini ad y
saiam dicens. Vade et dic ezechie.
Hec dicit dominus deus david
patris tui. Audivi orationem tua
et vidi lacrimam tuam. Ecce ego
adiciam super dies tuos .xv. annos.
et de manu regis assyriorum eruam te
et civitatem istam. et protegam eam.
Hoc autem tibi erit signum a domino.
quia faciet dominus verbum hoc q
locutus est. Ecce ego revertam umbram
linearum per quas descenderat
in horologio achaz in sole retrorsum
decem lineis. et reversus est sol decem
lineis per gradus quos descenderat.
Scripturae ezechye regis iuda cum
egrotasset. et convalluisset de infirmita
te sua. Ego dixi in dimidio dierum
meorum vadam ad portas inferi. Quæ
sivi residuum annorum meorum dixi si
non videbo dominum dominum in terra viventium.
Non aspiciam hominem ultra.
et habitatorem quietis. Generatio mea
ablata est et revoluta est a me. sicut
tabernacula pastorum. Precisa e velut
a textrice vita mea. dum adhuc or
diretur succidit me. de mane usque
ad vesperam finies me. Sperabam usque
ad mane. sicut leo sic contrivit omnia
ossa mea. De mane usque ad vesperam
finies me. sicut pullus hirundinis
sic clamabo. meditabor ut columba.
Attenuati sunt oculi mei suspici
entes in excelso. Domine vim pati
or. responde pro me. quid dicam aut
quis respondebit mihi cum ipse fecerim.
Recogitabo tibi omnes annos me
os. in amaritudine animae meae. Do
mine si sic vivitur et in talibus vi
ta spiritus mei. corripies me. et vivifi
cabis me. ecce in pace amaritudo
mea amarissima. Tu autem eruisti
animam meam ut non perirem.
proiecisti post tergum tuum omnia
peccata mea. Quia non infernus
confitebitur tibi. neque mors laudabit
te. non expectabunt eum descendentes
in lacum veritatem tuam. Dominus
salvum me fac. et psalmos nostros
cantabimus cunctis diebus vitæ
nostræ in domo domini. Et iussit y
saias ut tollerent massam de ficis.
et cataplasmarent super vulnus.
et sanaretur. Et dixerat ezechias. Quod
erit signum quia ascendam in do
mum domini. Capitulum. xxxix.

In tempore illo misit maradac
baladan filius baladan
rex babylonis libros. et mu
nera ad ezechiam. audie
rat enim quod egrotasset. et con
valuisset. Letatus est autem super
eis ezechias. et ostendi
cellam aromatum argen
ti et auri. et odoramentorum
et unguenta optima. et do
mum vasorum suorum. et omnem
supellectilem suam
et omnia quæ inventa
sunt in thesauris eius. Non
fuit rem quam non ostende
ret ezechias in domo sua.
et in omni potestate sua. Et
venit autem ysaias propheta
ad regem ezechiam. et dixit
ei. Quid dixerunt viri isti. et
unde venerunt ad te. Et dixit
ezechias. De terra longinqua
venerunt ad me. de babylone.
Et dixit ysaias. Quid viderunt
in domo tua. Et dixit eze
chias. Omnia quæ in do
mo mea sunt viderunt. Non